



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Spiritualis Thesaurus Missæ

Sánchez, Gaspar

Coloniae Agr[ippinae], 1619

Amico Lectori.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55223](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55223)

## AMICO LECTORI.

**V**T tractatum hunc in vulgus  
ederem, hæc me potissimum  
caussa impulit, Christiane  
Lector, vt ostenderem & pateface-  
rem scilicet, cum Sacerdotibus, quo-  
rum officium est. sacrosanctum Missæ  
sacrificiū Deo Opt. Max. offerre, tum  
verò reliquis in genere hominibus ei-  
dem assistētibus, verum qui in eodem  
delitescit thesaurum: quem non sine  
ratione ac verè, absconditum vocare  
fals est. cum quod non reperiatur nisi  
ab habentibus fidem, tum verò quod  
qui eandem etiam habent, parū inde  
emolumentū eliciant, eò quod nō at-  
tendant, nec intelligāt, neve accur-  
tius perpendāt, quod in singulis Mis-  
sæ partibus sancta Ecclesia nobis spi-  
ritus proponit. Et verò fieri haud du-  
bīe posset, vt maiorem spiritualem a-

(?) 2 nima

77  
A M I C O

maxima utilitatē, tam qui Missam vel  
semel celebrat, quā qui eidem inter-  
est, hauriat ex ijs qua breviter ac  
succinctè hoc in libello traduntur,  
quā è plurimis Missis quotidie vel  
celebratis, vel auditis è sola dumtaxat  
cōsuetudine. Quid autem eodem  
tradatur, colligi perspicuè poterit è  
capitulum Syllabo, ad calcem eiusdem  
adiuncto, addito item paginarū nu-  
mero, quò facilius ac compendiosius  
qua volueris, Lector, inuenias: neque  
enim dubito fore, quin aliquot capi-  
tula, quòd placitura sint, & gustum al-  
latura, sæpius sis relecturus. Quo-  
niam verò libellus hic in omniū tam  
Missam dicentium quā audientium,  
gratiam, id est fidelium omniū con-  
scriptus est; studio ac data opera suc-  
cinctus esse volui, quò commodius ab  
vnoquoque & legatur, & executioni  
man

## LECTORI.

mandetur, quod ipse, vel potius san-  
ctæ Ecclesiæ spiritus in quaque Missæ  
parte nos docet Visum est ad calcem  
addere breues aliquot consideratio-  
nes, quæ ad officium diuinum piè, re-  
uerenter, ac debito cum honore reci-  
tandum perutiles futurae sunt: tum  
quia sacerdotibus, quorum officium  
est celebrare, optimæ preparationis  
loco futurum est, qua instructi ad  
altare sacrum accedant, attentè  
ac deuotè diuini officij per-  
sum persoluisse.

Vale.

(?)

3

Por